

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumato-graphia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput III

urn:nbn:de:bsz:31-97032

FDK
in qua parte Vlyf-
te QVOD TE O
TV LATEAM,
ne in hoc corpore
perueni. Spargit a-
dios, & uno eo-
los penetrat caeli,
nitas hac rebus o-

C O E L I. 13

continet, si *Alphonso* credimus, 25816, si *Coperni-
eo*. Anni Magni & Platonici nomen periodo inditum;
Admiranda Machina! ad quam si maximum quod-
que inter mortalia accommodaveris opera, minus
quam nihil erit. Hinc ne rueret, fufum quandam fin-
xit *Plato lib. 10. de Republ.* ex lumine adamantium,
octo contentum verticillis, & ab eo illi peridet Cae-
lum: Sed miser quorsum id? Est qui sustentat. Data
à primordio stabilitatis potentia: Abibit tamen & hæc
in fumos; quamque nihil fit stabile, mundi quod
clauditur terminis, ostender.

II.
L O.

ccelo dedere sapien-
tia fupremo pofitum
debat. Eandem
fcribere quidam:
e effe fcripura
larum innere ge-
quod à terra ad
aere conferam
calidior, quato-
tolem fi attendis,
lam est, terra pur-
unicatem confifti;
ronomj. Placere
a, *Aristoteli* opa-
ta & unis, Regi-
communis est o-
ddidit, (*Maimo*-
t. *Maimo. lib. per-*
mini inter eos fupre-
o octavo, & globo
viginti quatuor horit
ajunt. *Badin. L. 1.*
la. Centum amos u-
es, quadraginta que-
poterici. Hinc perio-
49900 annorum
cento

C A P U T III.
D E S T E L L I S.

ARTICULUS I.

De Stellarum Viribus, & nutrimento.

STellas in aëre è catenis aureis pendere dixit *Machu-
metes*; insertas cælo ab opifice lucidas, & globos-
as, in tempora & signa datas, piè agnosceimus; lu-
cere, & virtutem inferioribus communicare, omni-
bus ferè notum. Ex radorum autem emissionè, hæc
astrorum in inferiora vires; voluntas humana, & ar-
tificioforum opera, ab hoc remota censu. Nulla in
his novarum qualitatum mixtio, corpori tantum jam
ante conformato accidentaria inducitur species. Ex-
pers illa Elementorum, si quid patitur, mediantibus
corporis fit organis; quorum temperamentum mores
de facili sequuntur. Commentum ergo collige. Certo
cæli postiu formatos characteres valentiore de cælo com-
moveri potentia. Falso *Plato, Animus* antequam in cor-
pora hæc descendunt, stella cuiuspiam anticipatus. *Tricæ*;
Singulari fydera attributa nobis, clara divitibus, mi-
nora pauperibus, obscura defectis, ac pro sorte cujus-
que lucentia *Plin. lib. 2. Histor. Natur. cap. 8.* Non
tanta cælo nobiscum societas, ut nostro fato mortali sit
ille.

ille quoque *Syderum fulgor*. Sortes nostræ in manu Domini. Nugæ. *Iacobum* in tabulis cæli, facta filiorum legisse. Facetè *Morus de Candido* in Epigrammat.

Sapè suam inspectis uxorem Candidus astris,

Prædicat en vates omnibus esse bonam.

Inspectis iterum, postquam uxor adultera fugit,

Prædicat vates omnibus esse malam.

Omnibus ergo uxor quod se Tua publicat; id te

Astra, licet videant omnia nulla movent.

Ait quædam de nutrimento stellarum, *Cleomedes* in *libris κικλικῆς Γεωετίας* citante Dalechampio, & notarunt eadem Stoici. *Laertius* (apud *Lipsum* in *Manud. ad Physiol. Stoicam*) Nutriti, atque ali hac ignita (Solem & lunam) & cætera *Sydera* Solem quidem e magno mari, quod sit fax, & accensio quædam intellectu prædita. Lunam autem ex aquis dulcibus & potabilibus, quod sit aeri permixta & vicina terre. Ideo providentiæ *Macrobius* in *somnium Scipionis* adscribit, quod sub *Zonâ* torridâ locatus Oceanus; *Vt omnis nimirum latitudo, qua Sol cum quinque vagis, & Luna utro citroque discurrunt, habeant subiecti humoris alimoniam.* Absurda si ante primâ sententiâ: sensit tamen & *Ambrosius* (lib. 2. *Hexam. cap. 3. nec Libavius* (l. 5. de *Origine rerum*) abhorre videtur. *Communi mundo superest rogos, inquit Lucianus.* Hæc combustio unde nisi deficiente humore? Is deficere non potest, nisi in nutrimentum. Vide tamen astralem statuas, per ætheri spiritus in naturam *Syderum* assumptionem.

ARTICULUS II.

De Stellarum fixarum luce, magnitudine, motu.

STellas fixas Octavus orbis habet, illasque numero innumero. Diu observatæ mille viginti duæ; quas asterismis expressere Phænices. Septuaginta quatuor *Bræhus* addidit, quatuordecim circa polum antarcticum *Houtmannus*. *Bartholin. de Calo capite 3. Magnitudo*

C
 gitalo etiam si dicitur
 magnitudinis si excip
 gitalo dabit: ta
 14000 semidiametro
 Lux illis nativa, no
 quod interdiu Solis
 fir-tum medium sp
 & debilis per mediu
 61. Vifas & die H
 Commotis tempori
 longum quædam
 Satages infecuta P
 Cafarum tota an
 sum imperio, ab
 mum cornutus a
 existimatur. Dua
 de variet. rerum ca
 Italiâ Galli: altera
 ra; qua sine liber
 impetrium acceptio
 vifa una in Angli
 propter natiuitate
 sam eandem eos
 quibusdam acce
 mant. In motu
 Septentrione, in
 cipium, ab occasu
 tur. Inde effectur
 quorannis uno ge
 qui centesimo tri
 Arietis stellam in
 duobus gradibus
 tis novem; Prolex
 tegitur octodecim
 gini tribus, min
 sex, & quinquagi
 gini minutis. Ille
 Cynosuræ. Hipparc
 di distantem vidit,

gnitudo etiam si diversa; major tamen terrâ, sextæ magnitudinis si excipias. Distantiam ingentem magnitudo dabit: tanquam scintillas nos intuemur, at 14000 semidiametros regressus numerant Astronomi. Lux illis nativa, noctu sese mortalibus ostendit: non quod interdiu Solis radii extinguatur: sed quod illustratum medium speciem valentiorum recipit, minor & debilis per medium non sentitur delata. *Scalig. Exer. 62.* Visas & die Historici notarunt, haud sine indicio. *Commodi* temporibus per totum diem apparere, in longum quædam productæ, ac si aëri infixæ essent. Strages infecuta Parthorum, bella civilia, & quinque Cæsarum intra annum internecio. Idem Constantii visum imperio, ab ortu ad Meridiem; sub exitu Sol primum cornutus apparuit, inde medius; Ecclipsis fuisse existimatur. Duas Mediolani vidit *Cardanus* (*lib. 14. de variet. rerum cap. 70.*) Vnam anno 1111. & pulsæ Italiæ Galli: alteram 1535 Francis Sfortiæ mors secuta; quia sine liberis, mutatus princeps, CAROLVS imperium accepit. Nona denique Iunii an. MDCXXX. visa una in Anglia ante meridiem: cum gratiæ Deo propter nativitatem Principis Walliæ agerentur. Visam eandem eodem tempore Diepæ in Galliâ à Gallis quibusdam accepimus. Venerem fuisse quidam existimant. In motu res mira; præter proprium, qui sit à Septentrione, in Meridiem super Arietis, & Libræ principium, ab occasu in ortum à sphæra non trahi dicuntur. Inde effectum, ut loco sint mortæ omnes. Retrahi quorannis uno gradu 25 minutis visum *Braheo. Meto*, qui centesimo trigésimo post *Thaletem* floruit anno, Arietis stellam in æquinoctio deprehendit. *Timocharis* duobus gradibus consequi. *Hipparchus* quatuor, minutis novem, *Ptolemaus* sex, minutis quadraginta; *Albatignus* octodecim, minutis duodecim: *Alphonsus* viginti tribus, minutis quadraginta octo *Vernerus* viginti sex, & quinquaginta quatuor; *Bodinus* viginti octo, viginti minutis. Illustre de stella polari in extrema cauda Cynosuræ. *Hipparchus* duodecim gradibus à polo mundi distantem vidit, quatuor nos hodie. Cum attigerit, perio-

N D A

s nolite in manu Do-
celi, facta filiorum
in Epigrammat.
videtur agris,
esse bonam.
or adultera fugit,
malam.

publicat; id te
nulla moment.
ellarum, Cleomedes in
Dolechampio, &
capud Lipsium in Mo-
atque ali hoc ignis
Solem quidem e mo-
sio quædam intellectu
leibus & potabilibus.
re. Ideo providentiæ
adfectibus, quod sub
omnis nimirum Lati-
& Luna ulro citro-
bumeris almoniam.
sunt tamen & Am-
ac Labavius (l. 5. de
Communi mundi sa-
c combusio unde nisi
on potest, nisi in no-
stauas, per ætherei
emptionem.

: II.

uce, magnitu-

u.
ber, illasque numero
mille viginti duæ, quas
Sepe viginti quatuor
m circa polum antarcti-
de Calo capite 4. Me-
guinto

periodum futuram quam Deus naturæ præscripsit, putat *Molinæus*: intra quingentos vel sexcentos annos fieri posse addit. *Cardanus* capita motuum hujus orbis, non modo in contrariis locis futura anno millesimo octingentesimo ait; sed & contrariis motu. Inde magnam in Christi lege, ex eo mutationem futuram colligit, de *variet. rerum lib. 2. cap. 3.*

CAPUT IV.

DE QUINQUE PLANETIS.

STellæ errantes Planetæ dicuntur; quorum septem priores numeravere, quatuor circa Iovem addidere moderni, haud circa Saturnum pauciores. Orbis unicuique suus, nodis, Epicyclo, & æquante constans. Motus præ cæteris liberior: modo salutant mortalia, deserunt modo. Hinc augis, & absidis, perigæorum & apogæorum apud Astronomos nomina. Tanta verò ejus difformitas, ut Saturno XXX. debeantur anni, Iovi XII, II. Martii, trecenti sexaginta dies Veneti, totidem Mercurius reposeat. *Illæ sydus ipsis cognominibus Solis & Luna emulæ. Præveniens quippe, & ante matulinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alte diem maturans: contra in occasu refulgens nuncupatur, Vesper, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens. Plin. lib. 2. cap. 9. Causam vagi decursus Soli adscribere nonnulli; qui radiis suis, vel propellat superius, vel removeat ad latus, vel secedens in suis manere patitur locis. Influxus insignes, medicamenta, balnea, phlebotomiæ, plantatio, operum electio, ætis mutatio, ad horum, à quibusdam exiguntur, positus. Observatum, pestem Saturni per Leonem, aut Sagittarium decursu, circa Wittebergam exasperari, Martis fedari accessu; Norinbergenfisibus ex Geminorum, aut Sagittarii idem intentari signis. Quibus lumina cardinibus insidentia Mars & Saturnus quadratis impetunt radiis, brevis vitæ sunt; nutritio-*

nis